

DISSERTATIO DE PRÆFECTIS AULÆ, ET MILITIÆ REGUM HEBRÆORUM.

Cum Hebræorum mores & consuetudines adē sint à nostris moribus dissone, & Judæorum historia adē parca sit, cum de pluribus ejus gentis Regibus agitur; ideo operæ premium nos facturos censemus, si cuiras omnes nostras intendamus, ut munera omnia, titulos, & privilegia Praefectorum in Aula, & exercitu Hebræorum expienda aggrediamur.

Plerunque filii Regum secunda erat à Patre in Regno potestas; hinc filios David primos fuisse legimus ad manus Regis (a); & alibi (b): *Fili David Sacerdotes erant, nempe à Rege secundi.* Regi Ochozæ aſſidebant, quadraginta Principes fratrum ipsius filii, qui Principatum in Juda atque summa apud Regem munera gerebant (c). Ad quem verò Regni hæreditas spectabat, illi potior erat supra ceteros fratres dignitas; nec raro post Salomonem Reges Juda, & Israel filium suum Regni futurum successorem in societatem imperii superstites adhuc adſicceabant. Quod frequentius usurpatum, deinde in morem, legemque transiit. Neque apud Hebræos tantum, sed etiam apud Persas obtinuit lex videatur, ut Principes ad bellum extra Regni fines processuri (d), successorem suum designarent. Quo verò illi hæredes Regni futuri procederent apparatu, ex histori Absalom, & Adonias fatis intelligimus; nec enim illi deerant corporis custodes, non currus, non viri qui illos precederent (e).

Regiorum puerorum custodes viri probatae sapientia, & gravitatis eligebantur, quemadmodum ex viris à Davide selectis intelligimus (f): *Jonathan patruus David confitarius, vir prudens, & literatus sapientia, & Jabel filius Hachamoni, erant cum filiis Regis.*

De nutriciis Regiae familie sermo est in Scriptura, cum de filiis Achab apud Optimates Samariæ educatis agitur (g). Rex Roboam educandos filios suos in amplissimas Urbes Juda, & Benjamin misserat (h), quibus deinde jam adultis & regias opes, & non impars nobilitatis uxores paravit; eā facile cautione, ne quid dissidi inter filios diversarum conjugum orietur, occurrens.

Spectatissimum & princeps Aulæ munus gerebat Regia domus Oeconomus, quem

ego designari credo illis Scripturæ verbis: *Secundus à Rege (i). Tu regnabis, ait Jonathas ad David, super Israël, & ego ero tibi secundus; sed & Saul pater meus seit hoc (k).* Eadem dignitatem Joseph sub Pharaone obtinebat (l); eadem Aman (m) primum, deinde (n) Mardochæus (o) sub Aſſuero Rege Perſarum; & Elchana sub Achaz (p). Huic similes respondebat in Aula Conſtantinopolita *Propositus magni palatii, & veterum Francorum Regum Major domus.* Appellabantur etiam viri amplissimi fideles, & Regum intimi; ita Moyses Fidelis erat in domo Dei (q); & vir super universam familiam constitutus, Fidelis & prudens à Domino designatur (r). Id muneric gerebat Eliezer in domo Abraham (s); & Zabadias filius Iſmael constitutus legitur à Davide super ea opera, que ad Regis officium pertinent (t). Suspirior tamen, Oeconomum alium fuisse à Praefectis, qui res externas curabant, de quibus infra. Porro huius dignitatis, de qua in praefentiarum, insignia fuisse videntur clavis super humeros gestata, magnifica, quædam Zona, vestisque, & titulus *Patri domus Juda,* & locus distinctus in primis (n).

Scribæ munus inter Aulæ primora sine controversia reponendum, quanquam quid illud potissimum esset, vix definire possumus. Sub Davide eā dignitate auctus legitur Josaphat filius Ahilul (x), quam etiam sub Salomone gerezat (y). Sub Ezechia Scribæ munere fungebatur Joahaz (z); & sub Josia Joha filius Joachaz (a). Eorum potissimum munus videtur, ut in publicas tabulas redigerent, redactaque custodirent Historias, & Ephemerides Regum Judæorum; ex quibus derivatos credimus Commentarios illos, toties in Scriptura sub nomine *Verba dierum* laudatos. Eos viros Scriptura appellat *Masebir*, ac si diceretur: *Qui in memoriam revocat, seu qui monumenta Reipublicæ servat.*

Illud impræsentiarum addendum, eos, qui Scribas Veterum Hebræorum Cancellarii nostrorum Regum compararunt, nunquam mihi persuasi. Memorantur enim apud Veteres Praefectorum aliqui, quorum munus multò sanc melius exprimitur nomine *Masebir*, seu *revocantis in mentem*, quā nomine Cancellarii. Erant ad latera Veterum Heroum admonitores sui, seu viri amplissimi, quos patris loco obser-

i 2. Par. 28.7.

k 1. Reg. 14.

l 1. Genes. 41.

m Eſth. 13.3.

6. & 15.2.

n Eſth. 8.1.2.

6. & 9.4.

o Quem Principeſ ſe paſtatiſ & pluri- muſ poſte no- verant.

p 2. Par. 28.7.

q Num. 12.7.

r Matth. 24.

45.

s Genes. 24.2.

t 2. Par. 19.11.

u Vide Isai.

22. 21. 22.

x 2. Reg. 8.

16.

y 3. Reg. 4.3.

z 4. Reg. 18.

18.

a 2. Par. 34.

8.

b Ptolem. He-
pb. l.1.

c Vide Xeno-
ph. 1.8. Cyrop.
Ariſid. Orat.
Paneg. Cyzic.

d Diodor. Si-
cul. l.1. p.44.
ſeu 63.

e Haſſopherim.

f Judec. 5. 14.

g Vide, ſi pla-
cket, notæ Con-
ſtant. Emper.
in cap. 10. Ber-
tram. de Rep.
Hebr.

h Jerem. 36.

12.

vabant, eorumque consiliis dicebantur. Ita Ulyſſi monitor aderat *Myſeus Cephalonicus* (b), Achilli Noemon, Patroclo Ecedorus, Hector Dares, Proteſilao Dardanus, & Antilocho Chalcoi ejus armiger. Hiſce, quantum conſilio, respondebant apud Persas viri illi, quos Regis oculos & aures apellabant (c), quibus nihil inauditus, & inexploratum, ut de omnibus Regem facerent certiorem. Ptolemaeo Philopatori, quantum ex 3. Macc. 5. intelligimus, ſuus erat Monitor, singularis diebus Regem quid factio opus effet instruens. Reges Ægypti ita deſcribit Diōdorus Siculus, quā in media Sapientissimorum coronā aſſiderent, qui, ne aliiquid contra leges molirentur, autoritate ſuā prohibebant. Cum mane ē lecto viri illi ſurgerent, nihil habebant antiquis, quā ut statim literas undique ſe ad delatas legerent (d). Erant itigur *Masebir* apud Reges Juda idem planè viri, quantum conjectaſ ſequimur, & opibus, ad fe quodammodo elevarē conati ſunt. Memoratur in Gen. 26. 26. Ochozæ amicus Abimelechi Regis Gerara: de Chufai amico David legimus 2. Reg. 15. 37. & 16. 16. De Zabud filio Nathan Sacerdote ſeu Principe, & amico Regis Salomonis, 3. Reg. 4. 5. In Vulgata 3. Eſd. 8. 12. & 1. Eld. 7. 14. septem illi viri amplissimi, qui Regis lateri ſemper aſſtebant, *amicorum Regis* titulo defignantur. Aman ad ſummos honores, favore Regis velificante, evenctus, novo titulo pater Regis appellabatur [l].

Viri Regi à Secretis plerūque in Scriptura Scribis junci memorantur (e). De munere Scribarum, ſive virorum à Secretis ſuſiis in librum Judicum (f) diſputavimus. Tria illorum genera diſtinguuntur: alii Tabelliones erant, publica monumenta, & privatas Scripturas in tabulas referentes. Alii verò ſcriptis excipiebant, ſimilique exponēbant Sacros Libros; ut proinde tanquam Doctores Judæorum haberentur. Tertiū Scribarum genus referent illi, qui à Secretis erant Regum, quorum est impræſentiarum mentio. Regis edita, & diplomata ſcriptis excipiebant; censum ſervabant, quā copiarum, quā Urbium, ſicut etiam prouentuum, ſumptuumque rationem. Forum æquè minus in Aula & in exercitu neceſſarium (g), ex quo de amplitudine illius Magistratus, argumentum capere licet. Sunt illi ſedes in Aula deſtinatae erant, viro à Secretis Regis proximè, apud quos ſummi totius Reipublicæ & militia Praefecti conveniſſe videntur (h). De Praefecto super bellatores viros ferme eſt 4. Reg. 25. 19. cuius erat munus exercendi milites in armo, ſeu copias in bellum educendi, vel ſaltē copiarum omnium regionis censum ſervandi. Rationem omnem apud illis turrium, & arcium Regis ſervari IIai. 33. 18. inſinuat. Ubi eſt Legis verba ponderans (Hebr. ponderans, ſcilicet argutum, & cenſus) doctor parvolorum? (Hebr. numerans turrem.) Apertius adhuc de illo legitur 1. Mac. 5. 42. Judas Praefectos armorum mandatis oneravit, ut fecus torrentem manentes, neminem ex militibus ultra aquas relinquerent, ſed omnes ad tranſitum cogerent. Porro viri illi amplissima erant & ſpectata Reipublicæ portio, ſumim, ſi alia unquam, authoritatem ſolutā jam captivitate obtinentes. Ita ſub Iuda Macchabœo omnes simul Alcimum, & Baccidem conveniſſe, ut populi nomine afferent, legimus 1. Mac. 7. 12.

Paria in Aula Regum Perſarum obſer- vamus. Cum Xerxes exercitum ſuum lu-

De Praefectis Aulæ & Militiæ.

331

ſtrasset, ſingulas variarum gentium, qui- bus conſtabat, copias oculis inspecturus, conſcenſo curru per ſingulas turmas diſcurrebat, cujus eſſent regionis gentiſque ſcīſitatis; quid ſingula respondiſſent, Regis Scribis ſcripto interim redi- gentibus (k). De Scribis Aſſueri eius edi- cta in Tabulas referentibus, ſermo eſt Eſth. c. 100.

3. 12. & 8. 9.

Amicus Regis peculiaris dignitatis titu- lus non erat, ſed fortuna, cujus beneficio nūquā in Aula defuerunt, quibus Regis favor velificaretur. Ex alto licet Re- ges Orientis ſubjectos ſibi populos deſpi- cerent, quamvis torvo dominorum potius ſupercilio, quā leni patris oculo illos intuerentur, ſuperbas tamen rigidaque mentes blanda ſemper amoris voluptas edomuit; qui ſi forte ad eos, quorum amore tenebantur, ſe demittere refuſa- ſent, eos tameſ congrēſis honoribus, di- gnitatis, & opibus, ad fe quodammodo elevarē conati ſunt. Memoratur in Gen. 26.

26. Ochozæ amicus Abimelechi Regis

Gerara: de Chufai amico David legimus

2. Reg. 15. 37. & 16. 16. De Zabud

filio Nathan Sacerdote ſeu Principe, & ami- co Regis Salomonis, 3. Reg. 4. 5. In Vul- gata 3. Eſd. 8. 12. & 1. Eld. 7. 14. ſeptem illi viri amplissimi, qui Regis lateri ſemper aſſtebant, *amicorum Regis* titulo defi- gnantur. Aman ad ſummos honores, favo- re Regis velificante, evenctus, novo titulo pater Regis appellabatur [l].

Alia dignitas in Scriptura memoratur

eo titulo: *Secundus à Rege.* Hanc ob-

tinabat Elchanan ſub Achaz Rege Juda

(m); hanc Joseph ſub Pharaone Rege

Ægypti (n); Aman ſub Aſſuero Rege

Perſarum (o). Jonathas ad Davidem lo-

quuit dicebat: *Tu regnabis Super Israël,*

& ego ero tibi secundus (p). Post deje-

ſum Aman, eius dignitatem in Aula

Aſſueri Mardochæus obtinuit (q). Sed

quānam hujus dignitatis privilegia? Vix

illa certò definire possumus; amplissima

tamen fuſſe oportet. Aſſidebat Secundus

à Rege in loco post Regem honoratissimo

(r), authoritatē ſuam, quā latē pa-

tebat Regis ditio, parum inſra Regem,

& ſuper omnes Regios Praefectos obti- nebat. Quin etiam cum Reges Orientis in-

tra privatos palati ſui cancellos ſe fa-

cile continebant, totamque Regni admi-

nistrationem per Praefectos exercent;

ideo non inviti creditimus, Regis Secundum

eodem plane apud illos in gerendis rebus

loco fuſſe, ac apud nos eſt primus Regni

(s). Viro enim illi ad Regium cultum,

& magnificientia nihil debeat. Zerxes,

ſi Regnum ſibi concederetur, Secundi di-

gnitatem fratri ſuo Ariameni pollicitus

eft (t).

Erat etiam in Aula Regum Juda,

& Israel Sacerdotes, & Prophetæ, qui ſpe-

ciali titulo Sacerdotes, & Prophetæ Regis

ap-

1. Eſth. 16. 11.

m 2. Par. 28.

7.

n Genes. 41. 42.

o Eſth. 13. 3.

6. & 15. 2.

p 1. Reg. 23.

17.

q Eſth. 10. 3.

r 3. Eſd. 3. 7.

Joſeph. Anti-

qui. 11. 1. 4.

s Judith. 2. 4.

in Graec.

t Plutarchus.

appellabantur; sive quod illi constitutam haberent in Aula sedem, ut lateri Principis perpetuo adessent, sive offerendi sacrificis & precibus pro voluntate Regis occuparentur, simulque iussu Regis Domum consulerent. Gad munus obtinebat **u. 2. Reg. 24.** **v. 1. Par. 21.** **x. 1. Par. 21.** **z. 2. & 25. 2.** **y. 1. Par. 21.** **z. 2. & 25. 2.** **2. 2. Reg. 20.** **26. Vide note.** **Comment. ibid.** **2. 1. Par. 26. 5.** **b. 3. Reg. 4. 5.** **c. 3. Reg. 15.** **d. 3. Reg. 12.** **e. 2. Par. 22. 4.** **f. Eff. 1. 19.** **& Dan. 6. 17.**

g. Vide 1. Par. 27. 25. 26. & sequ. **h. 1. Par. 27.** **25. Ijai. 22.** **25.** **i. Homer. Iliad. D.**

Olim apud Reges Persarum ante Darium Hyassem in moribus positum erat, ut à subjectis sibi populis fructus, aliarum

que rerum genera, quarum singulæ regiones ferae erant, tributi loco recipiebant. Sed his omnibus abrogatis, Darius Hytasps pecuniam indixit (**k**). David, Salomon, & ceteri post ipsum Reges, tributi nomine aurum, argentum, greges, fructus pro singulorum facultatibus recipiebant. His colligendis sui erant Praefecti vestigialium constituti (**l**): Aduram munus illud gerebat sub Davide (**m**), Adoniram sub Salomone (**n**), à quo etiam eodem munere colligendi tributa ex Ephraim, & Manasse (**o**) Jeroboamus auctor est; nisi eo loci tributi nomine non vestigal, sed potius personale singulorum obsequium & labor degnetur. Eamigatur occasionem nactus Jeroboam, cùm ab alienatos à Salomone Israelitarum animos nosset, quod scilicet gravissimo tributorum iugò à Salomone antea oppressis nihil mitiore habiturum Roboamum ejus filium sperare, illos ad defectionem sollicitans, decem Tribus in suas partes adduxit, à quibus in Regem salutatus est. Seditioni compescendæ Roboamus misit Aduram vestigialum Praefectum, quem seditioni, ne auditum quidem, lapidibus consecerunt (**p**). Olim apud Hebreos tributis nomen munerum dabatur; subjektique Regi populi munera ad illum deferebant; & nostra etiam atque apud Persas sunt Praefecti constituti, qui munerum Dominis suis collatorum rationes servant (**q**).

Rei cibariæ in Aula Regis Praefecti apud Salomonem non obscurè insinuantur; quamquam apud alios post illum Reges pariores fuisse mensarum sumptus & magnificientiam facilis concederim. Erant igitur apud Salomonem duodecim Praefecti, qui annonas, resque omnes ad victum necessarias in Regis Aedibus curabant (**r**). Ministrabant singulis mensibus per ordinem, assignata pariter singulis sùa ditionis Israeliticæ parte, unde annonas exigerent, ne idem tempore populus immodico sumptu gravaretur, & nihil unquam Regiæ mensæ deficeret. Quotidie enim in mensa Principis erogabantur *triginta cori simila, & sexaginta cori farinae* (**s**). Porro corusmenura est capiens 298. pintas & semis, cum semifextario & aliquanto amplius. Quod ad dapes carnium attinet, singulis diebus decem boves pinguis, saginati in eum usum mandabantur, adiectis etiam è gregi 20. bobus, 100. ovibus, ut nihil dicam de bobus sylvestribus, damis, cervis & altilibus vocatione paratis. Ex his omnibus non obscuro argumento intelligimus, quām inmensa hominum multitudo in obsequium magnificissimi Regis maneret. Regina Sabaa ad famam tanti nominis Jerosolymam accita, nihil aquæ mirari se protestata est, quām numerum, ordinem, cultumque Praefectorum, & Armigerorum mensæ Regiæ ministrantium (**t**), sicut & dapium verè Regiam magnificentiam apparatumque. Ioseph de se Salomon perhibet, Cantorum & Cantatricum choros adhibuisse; nihilque fecisse reliqui, ut quām magnificè potaret, cœnaretque; scyphos & urceos in ministerio ad vina fundenda (**u**), omnia

u. 2. Par. 9. 20.

via-

vasa convivii Regis erant aurea. In mensa Regum Juda & Israel appositæ creditus dapes omnes, quæ deinde inter Praefectos Aulæ distribuerentur, quorum admodum immensa erat multitudo, ut si fides sit Scriptoribus aliquo exactissimis (**x**), ad 48600 sive 50000 in Aula Salomonis numerarentur. Jezabel præter Aulæ Praefectos, suis sumptibus, ac Regiæ mensæ dapibus alebat 850. Pseudo-Prophetas Baal, & Astartes (**y**). Reges Persarum singulis diebus cibum suppeditabant 1500. viris in Aulæ obsequiis manentibus (**z**); quibus ex appositis in Regia mensa cibis ministrabatur (**a**).

Samuel expones pro concione Israelitis jus eius, quem sibi poscebant, Regis, cogendas ab illo dixit filias Israelitarum,

ut sibi unguenta, cibos, & cetera omnia ad victimæ necessaria pararent. Ad hæc usurpatum sibi eorum famulos, famulasque, coactum insuper Israelitarum juvenes, ut Regios agros colerent, sicut & cetera praefest opera, quibus nihil à mancipio distarent. Hæc ille pro recepta inter Reges Orientis confutidine, ut subjectis sibi mancipi loco utentes, gravissimis impositis vestigalibus, quæ in singulorum proventus, quæ in capita virorum manus injicerent. His omnibus exigendis sibi erant Praefecti destinati.

Postremo in Aula loco erant Eunuchi, quæ nomine in Scriptura designantur mancipia ministrando Regi sive Reginae destinata. Neque enim semper id nomen verum Eunuchum exprimit, cum Hebreis caustum esset, ne gentilem suum quemquam fecerint; ministerio tamen alienigeni Eunuchi pro arbitrio utebantur. Erant igitur Eunuchi eo planè loco, quo famuli à cubiculis & à pedibus. Cum vero illis Regem convenienti pro arbitrio facultas esset, id est favore pollebant plurimum, nec raro servilè conditionem cum summa quamcumque dignitate mutabant. Deus Isaiæ verbis denunciat Ezechia commissurum se, ut posteri ipsius Regi Babylonis servire, coacti, in Aula illius Eunuchos sese praefarent; quod sanè Principibus summo probro erat futurum (**b**). Nec sanè eventus fellit oraculum, namque Daniëlem, Ananiam, Misälem, & Azariam eà conditione in Aula Babylonis ministrasse scimus (**c**). Eunicho Regis Sædecie demandatum copiarum imperium legimus 4. Reg. 25. 19. quo etiam in loco de famulis, qui stetabant coram Rege, mentio occurrit, nempe de Eunuchis Regi à cubiculis. In fodere ab eo Regi inito cum Domino subente anno Sabatico & undecimo ejusdem Regis: *Principes Juda, Eunuchi, & Sacerdotes, & omnis populus terra transferunt inter divisiones viuili in Sacrificio macrati;* quod planè summam Eunochorum autoritatem & potentiam demonstrat. Ita etiam Esther 1. 10. describit Praefectos Regi Assuero assistentes, quod ad ejus nutum præsto essent. Tandem Ostiarii Principum, quos alios planè credimus à militibus præforibus cum armis excubantibus, Eunuchi appellantur.

Dissert. Calmet. Tom. I.

Eunuchi igitur Ostiarii, sive *luminaria, edium custodiens* juxta Hebrewum, excubabant potissimum præ foribus conclavis sive cubiculis Regi, ut de Ostiariis Aod Regis Moab legitimus Judic. 3. 24. Interdum virorum loco somnè substituebantur. Ita sciri capitata occasione absentia officiarum emundando frumento occupata, in conclave Isbôth filii Saul ingressi virum transderunt (**e**). Eunuchos præ foribus Holopernis excubantes describit Judic. 10. 18. in Greco & 12. 6. & 14. 9. sicut & alios ante fores Assuero legas Esther 2. 21. & 12. 1. Apud Herodotum lib. 3. cap. 72. 78. consilium initum à septem conjuratis, ut clam in palatum irrepentes, necem Mago Perfidis Tyranno inferrent, describitur, ubi non obscurè milites præ foribus cum armis stantes ab ostiariis vel Eunuchis, seu, quemadmodum ille appellat, *Eunuchs responsa-ferentibus* distinguuntur. Nabuzardan Dux copiarum Nabuchodonosoris tres Ostiarios Sedecia ad eundem Regem in Reblat verantem destinavit (**f**). Cur Eunuchis custodiad suam committeret Cyrus, plura in causa fuisse Xenophon Cyrop. lib. 7. commemorat; illud potissimum, quod scilicet à mulierum & liberorum, quin etiam sape à parentum, furtivo enim connubio plures nativerant, curâ liberi, toto Dominos suos animi affectu prosequuntur, quos unicos fortunarum suarum authores cognoscunt. Addere insuper humili loco natis superbos & ambitiosos spiritus desuffici. Tandem in servili corpore ingenuum manere animalium, quibus vigor etiam abscessis idem manet, Cyrus docebat.

Milites corporis, seu Regis, & Regiarum ædium custodes, magis ingenuum majorisque momenti munus gerebant; quemadmodum & de iis frequentior in Scriptura mentione.

Achis Rex Geth, David tutelam querenti 1. Reg. 28. 2. Ego, ait, custodem capitis mei ponam te cunctis diebus. In eum ordinem feligebantur viri bellicæ virtute, tum & fide præstantissimi; ita Abner Dux copiarum sub Saule, idem pariter inter Regii corporis custodes adlectus erat (**g**). g. 1. Reg. 26. Banias idem gessisse munus sub Davide à nonnullis creditur (**h**); quamquam enim h. 2. Reg. 23. Vulga habet: *Fecit eum sibi David auricularum à secretis, Hebreus tamen comodè reddi potest: In obsequium adduxit;* nempe coram se statuit, ut ad nutum præsto esset. Banias Praefectus erat Cerethi, & Pelethi, nempe custodium corporis Regii (**i**). Præter eas custodias, 24000. in 1. 2. Reg. 20. singulos menses destinati erant, ut Regi excubias agerent, præfatoque essent, si quid Rex imperaret [**k**]; suus illis Praefectus k. 1. Par. 27. vir strenuus, & è numero Heroum, quos bellici facinoris laus aliqua commendasset. Nihil tamen de iis militibus, nisi sub Davide, & Salomone; qui enim deinceps consequuti sunt Reges, minori gloria apparuere contenti, eum facile numerum extenuasse credendi sunt. Rex Josaphat plures milites sub manu, ut ait Textus, nempe sub signis Jerosolymis detinebat; quibus tamen non duodecim, sed quinque tan-

G g. tūm